

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Ecclesia i (1)  
cum fonte primo

Sancta ecclesia duas uitas habet:

unam qua merces colligitur,  
aliam in qua iam de receptis muneribus gaudet.  
Atque in utraque uita offert sacrificium:  
hic uidelicet sacrificium compunctionis,  
illic sacrificium laudis.

Gregorius in quadam omelia super Ezechielem.

Sancta enim Ecclesia duas uitas habet,  
unam quam temporaliter ducit,  
aliam quam in aeternum recipit,  
unam qua laborat in terra,  
aliam qua remuneratur in caelo,  
unam qua mercedes colligit,  
aliam uero in qua iam de receptis mercedibus gaudet,  
atque in utraque uita offert sacrificium.  
Hic uidelicet sacrificium compunctionis,  
et illic sacrificium laudis.

Gregorius Magnus, *Homeliae in Hiezechielem prophetam*, 2.10.4 (CCSL 142, M. Adriaen ed., pp.381-2, ll.95-100).